



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 84. Maurorum incursus in Castellam

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

## §. LXXXIV.

Sæcul. XV.  
A. C. 1470.*Maurorum incurfus in Castellam.*

**M**alacæ Gubernator, postquam in Muley-Haffem, qui defuncto Ismaeli Patri suo in Regno Granatæ succedebat, seditionem moverat, Regis Castellæ fidei, atque patrocínio sese commisit. Mauro- rum Rex ea de re indignatus, ut vindictam exereret in Castellæ regnum populabundus excurrit, cunctaque foede devastat. Alia ex parte nuntiatum est, Michaelem Lucam de Oranco Castellæ Connestabilem, Gienensis urbis Præfectum in Ecclesia, cum sacris interesset, a Civibus ex insidiis occisum fuisse, eoquod eis Judæorum Synagogam exspoliari prohibuisset. Dum hæc interim Castellæ regnum turbabant, auspicatori omine Isabella Ferdinandi Arragonii conjux Filiam peperit, cui Matris suæ nomen inditum est.

## §. LXXXV.

*Triremes a Papa & Neapolis Rege Venetis submissæ.*

**C**um Veneti apud summum Pontificem, & Ferdinandum Neapolis Regem suppeticas sollicitarent, Paulus II. triremes viginti, Ferdinandus vero septendecim

Z 2

submi-